

judicis, l. in hac actione in princip. & in §. sciendum. Ubi gloss. & DD. ff. ad exhib. Rota decis. 348, nu. 3, part. 1. recent. & de stilo Rotæ Seraph. decis. 1224, nu. 3, & 4, cum aliis allegatis in dicta decisione, in qua firmatur etiam, tam interesse, quam existentia; Et quoad istos libros officiales Societatis, jam illos exhibuerunt, & pro ulteriori illorum exhibitione se paratos obtulerunt; per quam oblationem tollitur præsumptio, quæ aliis contra denegantem exhibitionem adesse solet: juxta l. fin. C. de fid. instrum. Aym. conf. 112, n. 16, & conf. 134, n. 7. Buratt. conf. 39, n. 29, lib. 1.

Quoad instrumenta, & libros, ex quibus constare potest de salario præfrito Bonincontro, uti Secretario, Dominis visum fuit, non esse locum exhibitioni; Tum quia non constat, quod Julius fuerit unquam per societatem deputatus, sed potius appareat, quod ex causa infirmitatis Bonincontro, per Officiales societatis fuit eidem Bonincontro deputatus Coadjutor Franciscus Pacichellus, qui etiam post illius obitum, in ejus locum subrogatus fuit; Tum etiam, quia Secretarius, ex forma Statutorum societatis, pro parte, & commodo ipsius societatis tenetur illi infervire gratis, & consequenter, cum dicti libri, quamvis exhibeantur, sint futuri irrelevantes, & inutiles, illorum exhibitio peti non potest. Corn. conf. 72, n. 9, vers. Insuper quod d. rei. & num. seqq. lib. 3. Bero consil. 19, n. 12, & 18, in fin. lib. 3, cum aliis in dec. allatis.

Quantum verò attinet ad destinationem Notarii, pro describendis rogibus, & actis per Julium pro Societate factis; Domini censuerunt non esse concedendam; quia non constat, quod ipse successerit in officio Secretariatus, seu Notarii, nec quod aliter hujusmodi rogitus, & acta penes Societatem existant, prout ad istum effectum necessario requiritur ex supradictis ultra quod Societas huic destinationi non contradicit, sed agnoscens bonam fidem consentit, dummodò fiat sine retardatione Processus.

Quod autem alii libri, ab anno 1600, usque ad annum 1631, non sint exhibendi, visum fuit Dominis, ex eo clarè deduci; quia licet ex illis apparere possit, Canonem solvi solitum antè concessionem factam Julio, fuisse longè minorem, quam promissum per Julium, in summa scutorum 85, sicque dictam locationem ad favorem Julii, fuisse læviam; dicti tamen Canones diminuti per se ipsos, læsionem non concludunt; quia diminutio provenire potuit; vel quia in præcedentibus conductionibus adjecta fuerint pacta * Conductoribus magis onerosa, quæ in æstimanda læsione considerari debent, cum sint pars pretii, l. fundi partem, ff. de contrahend. empt. Surd. conf. 217, nu. 6. Vel quia Vineæ, tempore locationis, ad favorem Julii fuerit in meliori statu, quam esset antea, cum valor * rei augeatur, tam beneficio temporis, quam etiam ratione melioramentorum: ad textum, in l. pretia rerum, §. final. ff. ad l. Falcid. Rota in recent. decis. 457, numero 2, part. 2, & decis. 46, n. 9, & 11, part. 6. Et tempus contractus ad effectum læsionis attenditur, Bald. in leg. 2, n. 61, & ibidem Cagnol. n. 213, in fin. & sequentibus, usque ad 220, Cod. de rescind. vendit. Rota decis. 18, n. 4, part. 2, divers. Hinc sequitur, quod cum ex istis libris læsio non possit dici concludenter probata, sed dependeat ab aliis probationibus, quæ requirunt altiore in-

daginem, nullatenus est concedenda illorum exhibitio; quia illi per se ipsos sunt irrelevantes, ut dictum fuit, & exceptiones, quæ requirunt altiore indaginem in hoc judicio, quod est summarium, & executionem, & stante publico instrumento, vallato obligatione Camerali, & pacto de capiendâ possessionem propria auctoritate, non admittuntur ad illius retardationem, ut de læsione dixit Rota decisione 139, numero 14, post Zacch. de obligat. Camer. & coram bonæ memoriæ Buratt. decis. 914, numero 4. Et de exceptione requirente & altiore indaginem, eadem Rota decis. 48, numero 2, & coram sanctæ memoriæ Gregor. decisione 120, numero 16, & 17. Etiam agatur contra tertium possessorem, prout vigore dicti pacti, de capiendâ possessione, prop. auth. Bald. in l. Titius, ff. de Cens. exportan. Zacch. de obligat. Cameral. quest. 5, n. 39, & Rota decis. 149, n. 3, post Cenc. de censib. secundum nov. Impress.

Non obstat, quod miserabilibus personis specialiter earum favore, etiam reus teneatur edere jura, Dec. in cap. 1, num. 80, de probat. Rebuff. in constitut. Gallie, tit. de sent. provis. art. 3, gloss. ult. n. 20, cum aliis per Novar. de privileg. miserabil. personar. priv. 12, n. 4. Quia fuit responsum, id non procedere. Primò quia cum eis concurrat alia miserabilis & persona, vel locus Pius, qualis est Societas; quia tunc privilegia conquassantur, & cessat hujusmodi privilegium editionis, ut per textum in l. sed est milites ff. de excusat. tut. l. seire, ubi gloss. in verb. hæredem, Cod. de privileg. Not. Barbof. in Topic. verb. privilegium num. 46. Marchef. de comment. parte secunda, folio 322, num. 146. Secundò stante irrelevantia, quia tunc pariter cessat necessitas edendi, ut supra dictum est.

Minus facit, quod in contractu locationis sit locus remedio, & l. 2. Cod. de rescind. vendit. ad favorem Conductoris, ex capite enormissimæ læsionis, secundum gloss. final. in l. si ea pact. Cod. de usur. Roman. consil. 423, n. 1, vers. igitur, & nu. sequentibus. Quia præter quòd id procederet, quatenus ex diminutione Canonum in præcedentibus locationibus, vel aliter enormissima læsio posset dici concludenter, & in continenti probata, quod non subsisteret, ut dictum est, placuit responso, quod quando contractus locationis & fuit per plures annos observatus, prout in isto casu, tunc cessat remedium, l. 2. ut est textus in cap. contingit, ibi, si fuerit aliquot annis servata, Extra. de transact. Cravett. consil. 151, n. 50, in fin. & num. seqq. Observantia & enim habet vim ratificationis, maxime, cum Julius, qui antè plures annos hujus vineæ concessionem habuerat, verisimiliter de illius qualitate poterat esse informatus, quo etiam casu remedium dictæ legis excluditur, Cast. consil. 386, numero 2, vers. hæc pars fortificatur, lib. 2. Cagnol. in ead. l. 2. n. 124. C. de rescind. vendit.

Et in omnem eventum actio personalis & pro rescissione contractus, ex dict. l. 2. non transit in singularem successorem, qualis est Laura, quæ detinet vineam, tanquam creditrix Julii ratione suarum Dotium l. actionum genera, §. in personam, ff. de act. l. si tertius, §. si quis prius, ubi Bart. ff. de aqu. pluv. arcend. Cravett. conf. 298, num. 7.

Nec demum relevat, quod Societas ab initio intentaverit, remedi. l. diffamari, Cod. de in-

gen.

gen. & manumiss. Quia nihilominus cum in con-

14 cessione adit clausula & quam, & quas, potuit illius vigore omisso primo, deducere novum judicium associationis pro Canonibus decurtis, Achill. decis. 22, nu. 2, de appellat. Rota coram bon. mem. Buratto nu. 6. cum aliis per Barbof. de claus. claus. 121, n. 7.

Et ita utraque parte informante.

DECISIO XVI.

R. D. BONVISIO Cameræ Apostolicæ Decano.
Romana Affrancationis.

Veneris 12. Decembris 1642.

SUMMARIUM.

- 1 Affrancatio est vera venditio, & sine Domini assensu fieri nequit in emphyteusi. Fallit ex causa juris congrui, n. 10. Emphyteuta si non permittitur, ab ædificando retraheretur, n. 45.
- 2 Vendere invitus nemo cogitur, quod quis cogatur, reputatur pena, n. 3.
- 4 Affrancationem Canonis Ecclesia non potest concedere, neque per subrogationem alterius proprietatis, n. 6. Etiam si contrahat Ecclesia cum privilegiato, n. 7.
- 5 Ecclesia non potest vendere annuos redditus: dicitur justitiae cultrix, pietatis amanissima, n. 29. Voluntariè potest distrahere ob jus congrui, n. 30.
- 8 Bona regularium alienari non possunt.
- 9 Privilegia concedentia Regularibus bonorum alienationes, sunt abrogata.
- 11 Legis casus facit cessare omnem difficultatem.
- 12 Voluntas, & potestas contraria removeni.
- 13 Lege posteriori quod firmatur potissimum habetur.
- 14 Rigor in specie scriptus æquitati in genere scriptæ præfertur.
- 15 Reipublica interest, ne Civitates ruinis deformentur, & ædificiis ornentur, n. 17. Et de ratione, n. 18.
- 16 Rectores Civitatum invigilare debent, ne ruinis deformentur.
- 19 Subditorum magnitudo animi ex ædificiis conspicitur.
- 20 Principis majestas etiam ex qualitate ædificiorum elucescit.
- 21 Romanus est qui ædificium in urbe habet.
- 22 Utilitas publica privata præfertur; Publica facit, ut aliqua permittantur, quæ aliàs prohibita essent, num. 23. Et de exemplis, n. 24, & 25.
- 26 Pontifex in rebus Ecclesiæ plenissimam habet facultatem super bonis Ecclesiæ facilius disponit concurrente publicâ utilitate, nu. 27. Pro Ecclesia amplianda, cogit privatos vendere, num. 28. Vim juramenti tollit, numero 40.
- 31 Jus congrui cessat in remotis. Contra n. 32. Congruum nemo potest eludere, n. 34. Publicum, pactis privatorum nequit alterari, nu. 36. Etiam juratis, n. 37.
- 33 Pactum de non affrancando, & de contra, successores non ligat. Camerarium non ligat, num. 35. De non affrancando juratum ob jus congrui emphyteuta non attendit, n. 46.
- 38 Voluntates ultimæ pactis favorabiliores.
- 39 Juramentum in contractibus solet adhiberi,

Successorem non ligat, n. 47.

- 41 Clausula sublata, & decretum irritans, claudunt os in omni materia.
- 42 Favori suo quilibet potest renunciare. Fallit ut num. 44.
- 43 Interesse publicum privato præponderat.
- 48 Reditus annui inter stabilia connumerantur, & perpetui dicuntur, n. 49. Limita, numero 50.
- 51 Princeps scire præsumitur, non tam proprias, quam Antecessorum constitutiones.
- 52 Principis de potestate disputare sacrilegium est.
- 53 Ecclesiæ rebus in alienandis solemnitas, & utilitas requiruntur.
- 54 Religiosis summe conveni agnitio veritatis, & bonæ fidei.

Merat R. P. D. Georgius unam domum à Venerabili Archihospitali S. Spiritus in Saxia, & alteram à Cap. Francisco Cordone, afferentibus, illas exiltere sub proprietate Monasterii S. Honuphrii de Urbe, in cujus clivo positæ sunt, & esse gravatas annuâ responsione, seu Canone solvendo Fratibus ejusdem loci. Cum autem vellet prædictas ædes in nobiliorem structuram redigere, & quò securius id perageret, peteret à fratribus antedictis illarum exemptionem, & Canonum affrancationem, fuit sibi denunciatum pactum in prima investitura appositum, ab auctoribus venditorum, quo cavebatur non licere dictos Canones affrancare, non obstante quacumque Bullâ; Motu proprio, Bandimento, Privilegio, seu alia quacumque facultate edita, vel edenda, cum quavis clausula etiam derogatoria hujusmodi pacti concepti cum aliis amplissimis verbis, prout in instrumento dato, sed præterdens eo non refragavit hanc facultatem sibi competere, introduxit judicium, mediante speciali commissione directâ Eminentissimo Camerario expediente de voto Cameræ, & quamvis procurator dictorum Fratrum postea liti cesserit, & loca montium oblata, pro recompensatione recipere obtulerit, & hanc concessionem, & oblationem iidem Fratres capitulariter ratificaverint, instetit nihilominus disputari dubium, an esset locus dictæ affrancationi, quod à me propositum, die supradicta, fuit unanimi Dominorum consensu affirmativè resolutum.

Nam et si de jure communi talis affrancatio & non permittatur citra voluntatem proprietarii, cum sit vera venditio annui redditus, & regulatur sub determinationibus puræ, & realis venditionis, ut per Crott. conf. 72, n. 41, & seqq. lib. 1. Cephal. conf. 703, n. 17, lib. 5. Grauan. discip. 477, n. 11, & seqq. & discip. 745, n. 80. quibus conferunt deducta in Florentina affrancationis 28. Novembris 1633. coram Reverendiss. Urgellen. Nemo & autem invitus cogatur vendere l. invitum C. de contrahen. empt. l. nec emere C. de jur. d. lib. Boer decis. 302, n. 2. Jurb. decis. 86, n. 2. demonstrans hoc esse æquissimum axioma, & consonum naturali libertati, adeo ut pro pœna * reputetur, quod invitus quis compellatur ad vendendum, ut inquit Alciat. conf. 13, n. 3, & 4. lib. 2.

Ecclesia verò neque volens possit hujusmodi affrancationem & concedere respectu alienationis sibi prohibita per Extravag. Pauli II. ut in terminis affrancationis resolvit Epitopus Rice. decis. 81,

cif. 81. in parv. Rot. Rom. decis. 13, & 14. part. 1. divers. & in Messanen. seu nullius feudi 15. Februarii 1636. coram bon. me. Merlino, & generaliter in quacumque distractione * annui redditus ab Ecclesia possessi, Peregr. cons. 43. nu. 7. lib. 1. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. Rub. de alien. jur. & redit. n. 18. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. n. 6. Roderic. de ann. redit. lib. 1. c. 14. num. 2. Surd. decis. 204. nu. 3. & seq. Gratian. discept. 981. nu. 37. & seqq. Rot. in Mediolanen. pensionis 19. Januarii 1635. coram eodem D. Merlino vers. Neque hanc malam fidem; etiam si tractetur de sola permutatione, & subrogatione + alterius rei stabilis, loco rei alienatæ, ut in Lucana bonorum 11. Febr. 1613. coram Eminentiss. Pamphilio, Cavaler. decis. 288. n. 1. Faber in C. lib. 4. tit. 41. de rer. permutat. defun. 12. Et contractus + celebratur cum alia persona privilegiata, ut in præcitat. Messanen. Feudi, & Mediolanen. pensionis coram D. Merlino. Eademque procedant in bonis Regularium, in quibus viget æqualis ratio prohibitionis, + ut post alios firmant Mirand. in Manual. Prælatorum tom. 2. q. 33. art. 18. Lenzan. in summ. quæst. Regular. part. 1. cap. 10. n. 1. Hodie præsertim quod ex novissimo decreto Sac. Congregat. Concil. de mandato Sanctiss. D. N. edito anno 1624. Abrogantur omnia privilegia + Regularibus circa huiusmodi alienationes concessa, super quo plene scripsit idem Lenzan. d. c. 10. num. 2. & seqq.

Attamen contrarium dicendum est in præcensenti casu + attenta Constitutione Gregor. XIII. super ædific. & iure congrui in ordine 22. §. 11. hodie 13. secundum modernam impressionem, incip. Præter supradictos, ubi expressè disponitur, quod si quis habeat domum, fundum, vel solum in emphyteusim perpetuam, vel ad vitam pro annuo Canone, aliave responsione concessum, liceat Cardinali Camerario, & Magistris viarum eo petente domum, fundum, aut solum huiusmodi ab ejus directi Domini, licet nolentis, proprietate, & dominio, nec non Canonis, seu responsionis præstatione eximere, & liberare, alia re stabili constituta, &c. Unde cum habeamus specialem legem Principis Ecclesiastici, qui sine dubio potuit circa res Ecclesiæ disponere, prout in eadem Constitutione disposuit in §. 16. ubi quæcumque dicta fuerant tam circa spontaneam, quam coactam venditionem, ac etiam à directis dominis liberationem, voluit habere locum quantumvis prædia essent Ecclesiastica, & ad quascumque Ecclesias, & Basilicas etiam Patriarchales, aut cujuscumque Ordinis Monasteria, ac etiam mendicantium domus, aliaque loca Religiosa pertinerent; cessat + omnis disputatio, cum teneamus casum legis, ut inquit Bald. in l. Ancilla n. 2. C. de furt. & in terminis comprobant Afflic. de jur. proth. in princ. n. 8. & seqq. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 13. n. 3. & alius relatis, Gratian. discept. 742. n. 17. & 18. omniaque contraria evitantur, + dum potestas, & voluntas in hac speciali determinatione concurrunt ad not. in l. Sanctio, ff. de pen. l. in toto, ubi Cagnol. & alii, ff. de reg. jur. cap. generi cod. tit. in 6. Illud enim potissimum habetur, quod ad speciem + redactum est, & posteriori lege firmatur, ut d. l. in toto, ff. de reg. jur. l. sed & posteriores ff. de legib. Tiraquell. de retract. lignag. §. 15. gloss. 3. n. 21. Alder. Mascard. de general. §. 15. gloss. 3. n. 21. Alder. Mascard. de general. §. 15. gloss. 3. n. 21. Alder. Mascard. de general. §. 15. gloss. 3. n. 21. Alder. Mascard. de general. §. 15. gloss. 3. n. 21.

vigilanti n. 5. vers. 5. facit de præscript. Tandò magis quod dicta Constitutio non potest dici exorbitans, vel rigorosa, cum fundetur in publica utilitate, ut patet ex verbis proemii, ibi, Quæ publicæ utilitati, &c. sicuti enim Republicæ + interest, ne Civitates ruinis deformentur, l. Prætor §. hoc interdicitum n. 2. ff. de nov. oper. nunc. l. 2. §. si quis nemine, l. fin. ff. ne quid in loc. pub. l. Senatus ff. de contrah. empt. Cyriac. controv. 160. n. 10. Ideoque huiusmodi curâ illarum Receptoribus + præcipuè injungatur, l. præses 7. ff. de off. Præsid. l. ædiles §. studeant ff. de via public. l. ad Curatoris 46. ff. de damn. infect. l. 2. in fin. & l. si quis, & l. singularum C. de ædific. privat. ita è converso expedit, + quòd ædificiis repleantur, & ornentur d. l. 2. & l. si quis C. de ædific. privat. l. 2. §. domus verò, C. de præd. & omn. reb. lib. 11. Rom. sing. 728. Mut. super consuetud. Panorm. c. 42. n. 3. Negul. jun. q. 175. n. 4. Cum ex hoc potissimum + urbium denominatio sumatur, ut dicebat Cicero 4. Academ. & illam magnitudo dignoscatur ex insignibus ædificiis, ut in ead. l. 2. in fin. C. de præd. & omn. reb. ubi Bart. pariter in fin. & Joannes de Platea n. 2. & inde inferatur ad animi + magnitudinem in subditis ædificantiis, d. l. 2. ibi (per industriam hominis animosi, & ad majorem Principis + majestatem) ut per Lauden. tract. de Princip. vers. 334 Redin. de Majest. Princ. in ver. Magnanimus n. 3. Corsett. tract. de potest. & excel. Reg. q. 2. p. 3. n. 8. & alios relatos à Mario Muta super Prag. Regni Sicil. tit. 71. de privil. ædific. palatia, vel magnas domos n. 7. & seq. Qua ratione Romani statuerunt eum, qui ædificium Romæ + haberet, Romanum esse, ut per gloss. in l. ædificia 139. ff. de verb. signif. Rebuff. ibid. n. 1.

Proinde si in aliquo læderet jus privatorum (prout non lædit attentis recompens. in d. §. 13. designatis) adhuc non esset curandum, cum publica + utilitas privatæ præferatur, l. si quis §. utrum ff. ad Sillan. Bart. l. quemadmodum n. 4. C. 22. de agric. & cens. lib. 11. Jaf. l. cætera §. si quis n. 2. ff. de legat. 1. ex causa publicæ utilitatis + recedatur à regulis juris communis, multaque permittantur, quæ alias essent prohibita l. in vulneratus §. multa ff. ad l. Aquil. Andr. Gail. observ. Cam. Imper. lib. 2. observ. 56. n. 4. & ideo ea suadente pro dilatandis fossis Civitatis, + vel extruendis propugnaculis, vel alia publica indigentia liceat assumere domos confinantes, & suburbia destruere, vel incendio illa consumere, ne hostes in eis se recipiant, ut l. si quando, & l. ædificia C. de oper. pub. Dec. in l. id. quod nostrum n. 3. ff. de reg. jur. Jaf. in l. Barbarius n. 32. ff. de off. Prætor. cum aliis per Gail. de observ. 56. nu. 2. vers. ex hac communi, eademque ratione pro obtinenda pace possit Princeps + absque ulla recompensatione remittere damna subditorum eis illata, tempore belli, quia gravior est causa, & utilitas publica, ut per eundem Gail. d. observ. 56. n. 17. subdens hoc censeri factum de plenitudine potestatis, qua pariter, uti expressit idem Gregorius in d. Constitutione.

Nec aliter dicendum est in Ecclesia, cum Pontifex + in bonis illius habeat latissimam potestatem, & nulla lege coarctatam, ut per Paris. cons. 5. n. 27. 70. lib. 4. Rot. decis. 207. n. 2. & 6. part. 4. divers. & decis. 212. n. 3. part. 2. recent. & super illis facilius disponat + concurrente publica utilitate, ut in terminis longè majoris dubitationis tradiderunt Alex. cons. 209. n. 6. & seq. vol. 2. Signorol. cons. 21. n. 19. Gal. d. observ. 56. n. 5.

Præsertim quod pro Ecclesia ædificanda, vel amplianda,

28 amplianda, + ac pariter pro ipsius Ecclesiæ Monasterio, Atrio, Claustro, seu Capella est ei specialiter indulgendum, quod possit cogere privatos ad vendendum, ut not. in l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. fun. l. decernimus C. de Episc. & Cler. & late firmarunt Flav. ad Franch. dec. 223. Gizzar. dec. cons. Neap. 29. per tot. Menoch. cons. 1206. n. 19. Cyriac. contr. 231. n. 16. & seqq. Rota in Neapolitana Monasterii 16. Janu. 1612. coram bon. mem. Cardinali Lancelloto, & in Romana devolutionis domus 29. Febr. 1608. coram Patriarcha Manzanedo, & aliis sæpius.

Unde non incongruit, quod mediante jussu illius, qui ei præcipiendi habet facultatem, idem alteri præstet, cum dicatur Justitiæ cultrix, + & publici boni amantissima c. fin. 17. q. 4. Bart. l. 1. in princ. C. de sacros. Eccl. Anchar. cons. 49. vers. quinto dicam, Abb. cons. 63. n. 5. in fin. lib. 1. Rom. cons. 298. num. 2. in fin.

Et consequenter possunt dicti Patres nedum coactè, sed etiam voluntariè ad dictam + affrancationem devenire, cum sufficiat ad id præcedere initium coactivum ex dicta Constitutione resultans, ut in terminis ejusdem Constitutionis resolvit Rota in Romana domus 11. Decembris 1587. coram Orano, & rursus 22. Jun. 1588. & 13. Maii 1595. coram eodem. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit. 28. n. 10. attento maxime quod in eadem Constitutione derogatur præcedentibus prohibitionibus Symmachi, + Pauli II.

Nec evitari potest illius dispositio sub prætextu, quod domus positæ sint in loco remoto, + in quo cessat ratio ornatus, & splendor Urbis, ut videtur sensisse Muta super capit. Regis Martin. c. 20. n. 51. & seq. Quia ultra quod Clivus S. Honuphrii non potest dici talis, quinimo frequentissimus ob Ecclesiæ, & Monasterii religionem, + & aëris salubritatem, sufficeret ad hunc effectum, quod essent etiam in continentibus Romæ ædificiis, ut apertè probat. text. in l. ædificia Romæ 139. ff. de verb. signif. & pariter in suburbis, seu locis finitimis extra illam, in quibus vigere eandem rationem ornatus latius demonstrat idem Muta in d. pragmat. Reg. Sicil. c. 71. à n. 13. usque ad 18. lib. 3. ubi ex Cicer. Plin. & Varr. deducit antiquissimum morem Romanorum ornandi etiam suburbia, & in proposito cessat omnis ambiguitas, cum eadem Constitutio in §. 17. determinet prædicta locum habere per 3000. extra Urbem, & quoad prædia, & Casalia per 12000.

Quibus firmatis facile tollitur potissima obiectio desumpta ex pacto de non affrancando + in primis investituris appposito. Quia, omisso an liget successores ex deductis per Dec. cons. 2. & per Cavaler. dec. 662. in quo fortasse verior esset opinio affirmativa, præsertim cum facta fuerit successorum mentio, prout in contrario pacto de affrancando probant Alciat. cons. 79. n. 9. lib. 1. Menoch. cons. 1186. n. 5. & seqq. Grat. discept. 477. nu. 16. vers. quibus adde.

Tale pactum esset attendibile, ubi non adesset repugnantia dictæ legis, seu constitutionis, + quam nemo potest sua dispositione eludere, l. nemo potest ff. de legat. 1. Eo magis quod affrancatio non conceditur possessori, cui regulariter obstat pactum, sed conditur Camerario, & Magistris Viarum, + ut in d. §. 13. qui absque dubio dicto pacto non ligantur c. fin. de sentent. excom. Mantic. dec. 152. n. 5. & seq. prout nec ligatur idem successor, & possessor, quatenus illud contrariatur publicæ utilitati cum jus publicum pactis privatorum alterari non possit l. jus publicum ff. de pact. l. juris gentium, §. prætor ait, Decisiones ad Tract. de Alim.

l. si unus, §. pacta, ff. eod. c. si diligenti de for. com. pet. ubi communiter Canonistæ, Rota apud Buratt. dec. 831. n. 1. & dec. 265. n. 43. p. 5. recent. etiam si adjiciatur religio + juramenti, ut notat Bart. in d. l. juris gentium, §. si paciscar. in princ. ff. de pact. Guttier. de jur. confirm. p. 3. cap. 5. n. 8. Surd. de alim. tit. 8. privil. 56. n. 55. Gratian. discept. 31. n. 23. & discept. 451. n. 23. & discept. 534. nu. 56. Bonac. de contract. disp. 3. q. 1. punct. 1. n. 7. vers. respondeo primo, Sanchez in summ. lib. 3. c. 12. n. 42. Buratt. d. dec. 631. numer. 2.

Tandò magis, quod in eadem Gregoriana §. 24. in specie derogatur, ne dum ultimis voluntatibus + contrariis, quæ sunt favorabiliores, ut per Mantie. de tacit. lib. 2. tit. 15. n. 16. & 19. sed etiam dispositionibus juratis, quæ proprie in contractibus, + & huiusmodi renunciationibus verificantur. Bart. cons. 76. in fin. lib. 1. Saraph. decis. 258. n. 3. Caval. decis. 612. n. 53. in fin. Unde cessat omnis efficacia juramenti + tanquam sublata auctoritate Apostolica, plene Baul. Layman. in sua summ. Theolog. moral. part. 1. tractat. 4. cap. 16. Bonac. de legib. di. p. 4. q. 1. punct. 17. n. 1. & 4. Caval. dicta decis. 612. n. 52. Eo fortius quod adjicitur clausula sublata, decretum + irritans, quæ claudunt os in omni materia Mart. de clausul. part. 1. claus. 176. n. 7. Seraph. decis. 351. n. 1. Buratt. dicta decis. 831. num. 4. in qua etiam fuit factum motivum ab uno ex Dominis consideratum si fortasse pactum præcessisset Constitutioni, quod hic tollitur ex facto, prout ibi tollebat sub num. 3. dum Constitutio emanavit de anno 1574. pacta verò & investituræ de anno 1588.

Contraria verò, quæ possent allegari, solum procedunt, ubi tractatur de privata utilitate, vel commoditate non habente admixtam utilitatem publicam veluti si duo concurrant ad idem, faciendo eundem ornatum, vel vicinus sponte velit vendere nulla inducta obligatione fabricandi, quia tunc potest quilibet suo favori, + & commo modo renunciare, ut in illa Reatina Castri Petrefortis 19. Martii 1598. coram bon. mem. Cardinali Platto, & tradunt Afflic. de jur. proth. in princ. n. 30. & §. 6. n. 18. & seqq. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 3. & seqq. Gratian. disceptat. 672. in princip. Secus autem ubi est admixtus ornatus, & interesse Civitatis uno medio dumtaxat producibile, quia tunc huiusmodi renunciatio non tenet, ex quo interesse publicum + tanquam inseparabile à privato præponderat, ut per Butr. in cap. cum contingat in fin. de jur. jur. Felin. dicto cap. si diligenti n. 16. versic. quinto fallit dicta regula de for. comp. plene Sigismund. Scacc. tractat. de sentent. gloss. 7. quæst. 3. limit. 4. n. 20. & seqq. n. 25. ubi loquitur in materia ædificiorum. Sed tanquam si ageretur de solo interesse publico, + renunciatio non relevat, ut in specie probat text. in d. l. Juris gentium §. si paciscar, ff. de pact. Jaf. dicta leg. nemo potest, n. 82. & seqq. ff. de legat. 1. Raph. Cuman. cons. 169. in fin. Mut. ad consuetud. Panorm. cap. 31. n. 33. & 66. & seqq. & in terminis dictæ Constitutionis Gregorianæ Mantic. decis. 63. nu. 10. quæ magis correctæ est impressa apud Pacif. de Salvia. decision. 143. in nov. ubi sub n. 14. determinatur, quod respicit publicam utilitatem.

Atque hic est casus noster, quia nisi emphyteuta + obtineret huiusmodi affrancationem, retraheretur ab ædificando ob periculum devolutionis, ut consideravit Rota in Romana retractus 3. Junii 1605. coram bon. mem. Justo, & consequenter cessaret dictus ornatus ad publicam utilitatem inductus,